Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Controversiarum fidei cath. adv. haereticos [...] doctrina in varios tractatus distributa - Cod. Ettenheim-Münster 171

Griesser, Adam

[S.l.], 1628-1629

Prooemivm

urn:nbn:de:bsz:31-114334

Visual Library

PROOEMIUM.

Quid nomine Controversiarum intelligatur?

Controversia si vim nominis spectas a controversando aut contro- *Controversiae etymon*
tendo deducta, Ciceroni alijsque latinae linguae ma-
gistris disceptationem, discrimen, pugnam, certamen, seu
litem de re aliquâ significat: quia vero res ista seu
obiectum de quo certatur varium est varij quoque generis
ac appellationis controversia apud theologos, rhetores, iuristas, histo-
ricos, grammaticos, more a[?] casuisticos etc. leguntur, scilicet *Controversia alia nominis,*
controversia alia dicitur esse nominis, alia rei, alia iuris seu legis, *alia rei alia facti*
alia facti alia dicti, alia scripti, alia officij, alia possessionis, *alia dicti alia officij*
alia hereditatis etc. quando nimirum de nomine re dicto *alia scripti etc.*
facto etc. duae aut plures partes diversae contendunt aut
contendunt: unde factum est ut vocabulum controversiae num-
quam scriptoribus usu quodam scholastico congruenter pro-
dicta notatione hoc tempore usurpetur pro ea contentione
seu disceptatione quae est de rebus fidei inter Catholicos ac
haereticos adeo quidem usitate ut iam fere communiter id
absque addito (fidei aut de fide) ac absolutè positum
quasi antonomasticos nil aliud significare videatur
quam eas controversias quae circa fidei articulos inter nos et fi-
dei sectarios moventur aut motae sunt, et de hisce
controversijs impraesenti nobis sermo est.

5. Verum sicuti controversiae vocabulum quoniam et
late sumptum ita specialiter, et prout impraesenti a nobis
similiter et ad fidei controversias refertur, quod est, et so- *Controversia vel sit*
let sumi dupliciter, scilicet primo hoc est pro ipso actu disceptationis *fidei fidei pro ipso*
sive opinionibus diversis inter contrarias partes, puta Ca- *videlicet actu controver-*
tholicos et haereticos de rebus fidei sic dicimus de *stico*
cultu de Pontifice, de Iustificatione impij, de Sacris etc.
controversiam esse, scilicet diversas opiniones seu diversarum
partium disceptationem, et hanc acceptionem ipsa
vox Controversia ut palam est innuit. *vel materialiter pro ipsa re controversa*

2o sumitur controversia quasi materialiter pro re controversa

n. prae pro ipsis fidei articulis, q. controversé disceptantur et disputantur, sic dr autor aliquis aut professor scribere aut tractare controversias qui ea scribit, aut tractat res aut articulos fidei controversos.

Ex hac utraque et conjunctim sumpta acceptione controversiarum fidei rursus fit ut ea etiam doctrina q. circa ejusmodi controversias, seu sibi, seu [illegible] spectatas sit circa fidei articulos controversos, seu multiplices disceptationes ac diversimodas de iisdem articulis opinionibus pertractandas versatur controversiarum nomine appelletur; hinc controversiarum scriptor aut professor vocatur non tantum is q. scribit aut tractat articulos fidei controversos, aut disceptationes de iisdem sed et imo et contra is, qui tradit aut tractat illam doctrinam quâ quis instruitur, ut sciat controversos fidei articulos secundum verum et Catholicum sensum intelligere, explicare et contra adversarios tueri ac propugnare, contrarias vero opiniones earumque fundamenta arguere oppugnare [illegible] stringere ac confutare. Eandem etiam ob causam Controversista, seu controversiarum auditor vocatur is q. eam doctrinam addiscit aut auscultatur.

Controversia fidei quid n est quaedam disceptatio seu differentia inter Catholicos et Haereticos.

Dignitas doctrinae Controversiarum ex fine, objecto, et modo tractandi.

Controversisticum studium eiusdem dignitatis est cum Theologia Scholastica; cum utrique eiusdem objectum fines, et necessitas.

1o Controversiarum doctrina cum habeat eundem finem, necessitatem, objectum ac modum tractandi cum Theologiâ Scholastica, et per hoc non sit alia scientia, quam ipsa Theologia eiusdem quoque cum Theologia dignitatis sit oportet ut merito omnibus aliis scientiis anteponenda iudicetur certissime nam 1o finis huius scientiae (ex quo et necessitas oritur simul.) est Catholica fidei mysteria à Deo revelata non nude tantum proponere quod ipsius fidei habitus solet fieri, sed eadem scientifico modo explicata credibilia reddere in mentibus fidelium quae gignere nutrire, et contra adversarios tueri secundum id quod S. Aug. 14 Civit. c. 1. de sacrâ Theologicâ doctrinâ scribit, dum ait, huic scientiae tribuitur id, quo fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur nutritur et defenditur; aliud est n. scire tantummodo quid homo credere

Finis huius studii est mysteria fidei scientifico modo explicata credibilia reddere in mentibus fidelium

debeat, ad adipiscendam vitam beatam, quod ab omnibus
fidelibus requiritur, aliud a. scire, quam hoc ipsum piis opi-
tuletur, et contra impius defendatur, quasi dicat opus
quidem est ad vitam aeternam scire, quid credere debeat, non
tamen (saltem respectu Ecclesiae Dei) sufficit, nisi etiam qui
noverint credentes in doctrinâ sanâ contra adversarios theri
confortare, et eos, qui contra dicunt arguere, ut iam non simus
parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae
in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris
Apostolus ad Tit. 1. et Eph. 4. quis non videt haec omnia pro-
prissime convenire soli huic Theologiae, quam controversiarum titulo
insignitamus. Ad hunc finem spectat in specie Conver-
sio seu Reductio haereticorum aliorumque infidelium
ad fidem, in quem finem, velut sibi proprium omni studio fer-
tur doctrina controversiarum, quantae autem hoc sit dignitatis
vel is solus recte potest diiudicare, qui vere consideraverit
quanto pretio hominum animas filius Dei salvator noster compa-
raverit et quanti vel unica stet anima, ex quibus

Ad finem et huius studii spectat Conversio et reductio haereticorum.

Dignitas studii controversistici aestimatur a pretio animae quam filius Dei voluit comparare.

2o. Necessitas colligitur eiusdem doctrinae. quae sane tan-
ta est, ut sine hac doctrinâ saltem secundum se et suam
substantiam spectata iuxta praesentem rerum statum, et condi-
tionem, ac ordinariam rerum providentiam simpliciter nec
communis seu communis status Ecclesiae Dei, nec et singulorum
salus (saltem mediate) possit consistere, ut patet ex Paulo
ante citatis Scripturae, et S. Aug. sententiis, et inde sic
probant Theologi cum S. Th. 1. p. Siquidem sola haec
sacra doctrina fides vera non tantum in communi Ecclesiae,
sed et in singulis mediate saltem, gignitur, nutritur, ro-
boratur, conservatur, ac defenditur et si nemo sit, qui fidem
quae in se obscura, ac difficilis est, nec in fidelium
animis foveat nec contra arguentes tueatur, quomodo
salva poterit consistere, maxime accedentibus nunc propter
innumeras difficultatibus, dubiis, ac erroribus, quae
hoc potissimum tempore seu a daemone, seu ratione
naturali, seu ab haereticis excitantur; ex quibus rursus
quivis prudens aestimare potest, quid dignitatis accedat
ei facultati quae praedictis facultatibus tollendis tam graviter
occurrit. Dixi Mediate requiri in singulis docti-

Necessitas huius studii tanta est, ut sine hac doctrina consistere non possit saltem mediate singulorum salus.

non ista fidei defensiva, et solum ordinaria quidem
Deus tum quia certum est omnes et singulos nequaquam
opus habere Theologia immediate, sine solum substantiam
quidem, cum fides cæteris requisitis non seclusis ad hoc
sufficiat ut ex Aug. l. c. colligi, et satis clare insinu
at Scriptura 1a. Cor. 12 cum dicit numquid omnes Doc
tores quia Deus extraordinarie variante sit et alia
plura media conservandi fidem in suis, vel singulis,
vel saltem fidelibus

Dei controversiarum obiectum et de qua Deus est. 3o. non minus dignitatis additur huic scientiæ ex obiecto quod hæc
versatur .n. circa secretas, altissimasque fidei divinæ
veritates, seu mysteria à Deo revelata; sub hac tamen for
malitate, quatenus illas non tantum in fidelium mentibus progignit
nutrit, et conservat, sed etiam, vel maxime, quatenus contra hostes fi
dei easdem veritates tuetur ac propugnat, si quis tamen
malit cum Theologis de obiecto isto loqui dicimus illud aliud
non esse quam ipsum Deum, qua Deus est, seu sub ratione
deitatis considerando obiectum fidei quod adæquatum et attri
butionis, omnia .n. cætera, quæ in controversiarum doctrina consi
derantur et tractantur vel propter Deum quâ Deus est
considerantur vel ad eundem referuntur tanquam
partes, seu subiectivæ, seu constitutivæ, seu ut proprietates,
seu ut effectus quidam, aut operationes ut fusius et in specie
ostendi posset si non ad ipsam rem proposita properandum esset.

Studia Controversistarum subtilius penetravit omnia mysteria fidei 4o. addendus est modus, quem sibi ista doctrina
in considerando tractando ac probando suum illud obiectum
observat non .n. contenta est quadam superficiali tantum ac sim
plici notitia et cursiva, sed subtilissime rimando per
vadit ac intime scrutatur ac penetrat veritates quas
vis, ac mysteria fidei, rationes simul, ac causas reddendo
cur inviolabiliter credantur, aut credenda sustineantur
idque non ex hominum opinione nec ratione tantum naturali, sed
ipsius Dei, ac Ecclesiæ infallibili auctoritate, aliisque
certis Theologiæ principiis, de quibus seorsim suo
loco in specie, et generatim aliquid sequenti § dicetur,
quæ omnia quanta ad controversiarum dignitatem commen
dandam conferant nemo non videt
Tacco hic

quod facultas ista ea sola sit ex qua sola S. Athan. Hier. SS. PP. maxime ex studio controversiarum

Chrysost: Cyrill. Aug: Hilar. Alijq. SS. PP. olim tam sibi

et nomen, et famam dignitatem conciliarunt ut peculia-

ri quodam modo Ecclesiæ SS. propugnatores fidei, et Ecclesiæ

columnæ se dicerentur, quia nimirum eam adversus hostes

Ecclesiæ scribendo ac disputando propugnarent. Patet

denique quod controversiarum doctrina sit peculiare quoddam

lumen ad veritatem confirmandam fidei Catholicæ, intelligendam

sacram Scripturam, Traditiones, decreta Pontificum, Concilia,

Sanctos PP. maxime in rebus fidei obscurioribus, difficilio-

ribus, magisque dubijs, quo sine, nec ipsa Theologia suam

tueri sit dignitatem.

Quibus principijs Theologia Controversistica utatur?

Jo principia vero, sive potius loca ex quibus principia ac argumenta controversiarum Theologus depromit, generatim — Loca ex quibus desumuntur argumenta controversiarum

loquendo, fere consistunt in auctoritate, et ratione. Speciatim vero potissi-

ma sunt 1o. sacra scriptura, seu verbum Dei scriptum,

2o. traditio Christi et Apostolorum. 3o. auctoritas Ecclesiæ,

seu consensus fidelium. 4o. auctoritas Conciliorum appro-

batorum, tum generalium, tum provincialium. 5o. auctoritas

seu decreta, aut responsa summorum Pontificum. 6o.

auctoritas seu testimonia SS. Patrum, maxime antiquiorum. 7o.

additur quoque efficaciter auctoritas, seu consensus Doctorum

Ecclesiasticorum, Theologorum, et Canonistarum cuiusque ætatis

in rebus fidei. 8o. auctoritas historiæ Ecclesiasticæ,

ad quam miracula, maxime in fidei confirmatione facta, et a

fide dignis auctoribus conscripta referuntur. 9o. ratio naturalis

tum per se evidens, tum probabilis. 10o. auctoritas sive

scripta Jurisconsultorum. 11o. auctoritas philosophorum, quatenus scilicet

fidei mysteria in sui explicatione, aut propugnatione ali-

quo modo pendent a principijs philosophicis. 12o. ex modo — 12us et ultimus argumentandi

fere usurpatur ipsorum adversariorum auctoritas, — modus adversus Hæret:

seu principia ab ipsis concessa, quæ scilicet seu vera sint,

seu falsa in se, eam vim habent ut ex ijs quæ ad ipsos redar-

guendos dicuntur ad impossibile deducti teneantur ex principijs

concessis admittere quod alias negant, sicque proprio quasi

gladio iugulantur et ut aiunt proprio ore mendaces

deprehenduntur. Quo genere argumentandi q

Haret. frequenter utitur Rec. in suis operibus, et quinq. Boll. alijsq. controversistis, id docti a SS. PP., nec puto fere melius conveniri posse haereticos nostri pertinaces, et versipelles, quibus parvi est autoritatis alias omnes, ipsamque rationem naturalem saepe evidentissimam perinde habere, quam sive scripturam magna ex parte vel rejiciunt, vel corrumpunt, vel non nisi incorrupto, et secundum proprium cerebri sui sensum admittunt.

3°. verum circa praedicta principia sive principiorum argumentorum loca

argumentorum sedes in Theologia aliae propria puta Scriptura, Concilia, PP., DD. alia improprie puta Philosophia, Ratio, Jurisprudentia.

Nota 1°. ea in latiori significatione a me posita esse quae comprehenduntur, non tantum proprie Theologica, sed etiam non propria imo, et externa, seu aliena, namque stricte loquendo ea tantum propria, potissima tamen argumentorum Theologicorum loca sunt, quae priori loco, usque ad octavum exclusive, caetera quatuor ut ratio naturalis, autoritas Juris consultorum etc. vocantur aliena, seu aliunde petita, a mutuo accepta.

argumenta propria seu ex propriis, certa indubitata vel ex scriptura vel autoritate Ecclesiae PP. DD. sunt infallibilis autoritatis

Nota 2°. omnia, et singula loca ex dictis posse in duplici differentia esse, nam 1°. vel sunt omnino certa explorata et indubitata, et tunc si simul proprie Theologica sunt (ut sunt priora) vocantur propria, et ex proprijs, simul habent omnino certam et infallibilem vim probandi. Sin vero aliunde mutuata habent eam certitudinem, quam alias per se, et in alijs scientijs solent habere, scilicet vel scientificam vel tantum opinativam, prout nimirum fuerit.

improprie vero habent vel scientificam vel tantum opinativam prout argumentum fuerit,

2°. vel sunt tantum probabiliter existimata, hoc est, quia probabiliter aestimatur hanc vel illam autoritatem esse scripturae traditionum etc. et tunc secundum se quidem non nisi probabile argumentum praebent, si tamen expositio PP. aut DD. aut consensus aliquis Ecclesiae accedat, eandem obtinent vim, quam habet autoritas PP. DD. consensus Ecclesiae etc. Porro quale et quantam vim in specie singula praedictorum locorum, seu principiorum maxime quae propria sunt Theologiae ut scriptura traditio, in argumentando obtineant patebit clarius ex proprijs tractatibus de verbo Dei scripto et non scripto, de Ecclesia, Pontifice, Concilijs etc. satis sit hic generatim nosse unde argumenta promenda sint.

si tamen accedat sacrae scripturae seu prioris autoritas Ecclesiae aut PP. habebunt eandem vim quam habet ipsa autoritas

autoritas traditionum Conciliorum Patrum Pontificum non est contemnenda ideo quia ab Haereticis negligitur.

Nota 3°. tametsi Haeretici ut dictum ordinarie praeter autoritatem scripturae alias autoritates, ut traditionum Concilio-

rū, Pontificū statuta, ⁊ plurimū vel obscurans, vel re
jiciant cū tū omittenda sunt quasi nulla, hīm q̄ vos obti- Sibi 1.° hoc authorita
neant, tū qa semp in Eccliā, et à recte credentibꝫ magni
sunt habita, tū qa ipsi aduersarij nolentes volentes te- Sibi 2.°
nentur, imo q̄nq̄ ultro solent aliquid antiqꝫ Ecclię Conci-
lijs vel Patribꝫ deferre, ne plus nimio arrogare sibi vi-
deātꝫ, et p̄ hoc ipsū suspectos de falsā suā doctrinā red-
dant, tū qa ista alia o̅es authoritas nitūꝫ, ut plurimū
vel ipsā sacra scriptura, vel infallibili authoritate Sibi 3.°
Ecclię, ut suo loco de singulis in sp̄e ostendetur;
Scriptura v. quippe verbū Dei, et Ecclia ut pote supra
petrā ædificata in rebꝫ fidei nec vacillare, nec
errare poīt, adeoq̄ infallibilis sit, sequꝫ eandem quoq̄
vim saltem mediatē ijs ineē arguts, et authoritatibꝫ
q̄ ex tradito verbo Dei, aut Ecclię authoritate depen-
dent; sū deniq̄ ipsa rāo cuiuis sanæ menti hoīs Sibi 4.°
persuadere debꝫ, plus utiq̄ fidei tot tantorūq̄ SS,
ac PP. tametsi Doctorū item Conciliorū antiquissimo,
ac consensui deferendū ē, quā nouatoribꝫ plerīq̄
fore votifragis apostatis, ijsq̄ sceleratissimis, ut ho
sissimis q̄ hoībus, quā de re in ipso pgressu aliās
sæpe fit mentio.

Quis ordo, series, ac methodus con-
trouersiarum?

1.° quod ad ordinē seu methodū procedendi attinet,
ea adeo authoribꝫ varia est, ut vix reperias aliquem
qui eā aliā à cæteris diversam obseruet; 1.° n. alij à potissā Aliqui hanc servant Methodū
fore et fundtali querela de scripturā, et traditionibꝫ in Controversijs tractandis ut sub
exorsi reliqua psequūꝫ sub titulo trplicis Ecclię Mili- titulo triplicis Ecclię illas
tantis, Purgantis, et Triumphantis: sub militante pre- tractent.
hendunt 1.° ea q̄ de Xpo tanquā capite totius Ecclesię Quid sub militante Ecclia
tractari pāt ut eius Incarnaoem, diuinitatem per- tractetur.
sonalitatem à Patre, et Spū distincta, descensu ad inferos,
veritatem, et maiestatem carnis, eius officiū, meritū, me-
diationē ⁊c. 2.° ea q̄ de summo Pontifice, capite Ecclię
Militantis occurrunt querela; ut primatū Petri, successio-
nem eiusdē, de Antichristo, de ptāte Romani Pontificis
in spiritualibus et temporalibus. 3.° sub eadē militan-
te tractant ea, q̄ noīa, cāas et ptem Conciliorū, itemq̄
noīa, proprietates ac notas veræ Ecclię concernunt.

4º. deniq; sub eâdem speciatim agunt de varijs membris
Ecclesiae, ut de Clericis, sacerdotibus, Monachis, et Religiosis,
Quid sub Purgante tractabar. — de laicis ac potissimum magistratu. Sub Purgante
u. Ecclia tractant de purgatorio, an et quid sit, de eius
Quid sub triumphante. — loco, tempore, poenis &c. Sub Triumphante tandem
de Beatitudine, cultu SS. de reliquijs, et Imaginibus,
de Basilicis seu templis, festis, alijsq; rebus, quibus SS.
memoria celebratur; sed quia potissima media ad
Beatitudinem capta fidem sunt Christi sacra, item gratia
ac Justificatio quae per illa vel acquiritur vel augetur, vel
reparatur; tum de illis, tum de istâ fusè tractant, et haec
fere methodus est Illustrissimi Cardinalis Bell. in suo
illo opere bene magno, et elaborato, doctisq; omnibus
bene commendato Controversiarum op. quam methodum pro
ratione brevitatis imitatur in Enchiridio suo Franciscus
Costerus et fere Henricus Lancelotus in suo Haeretico quia
vere Catholico quia.
Alij observant temporis ordinem. — 3º. alij ordinem temporis observantes ad histori
cam, seu chronologicam methodum se accomodant, ac eas
1º. opponunt controversias quae 1º. omnium maxime ab huius temporis
haeresiarchis infestatae fuerant oppugnantes eo ordine
errores, quo exorti sunt, ut videre est apud Joannem Cochleum,
Alij ordine Concilij Tridentini — et alios &c. Alij ut male retinent ordinem quem obser
vat generale Concilium Trid: in decretis et Canonibus quibus huius
temporis errores Haereticorum statuentis ut facit Andreas
Vegas et quidem alij exorsi nimirum à canone scriptu
Alij ordine virtutum Theologicarum. — rae, peccato originali, Justificatione &c. Alij (ut Canisius
in praeclaro opere suo Catechistico) ordine observant
virtutum Theologicarum fidei, spei, et Charitatis nec
non et Justitiae Christianae sub quibus methodice continet
quicquid ullo modo controversum est, vel circa fidem, et articulos
eiusdem in genere vel in specie circa Ecclesiam, circa praecepta
Alij ordinem alphabeticum. — Dei et Ecclesiae, circa Pontificem. Alij observant
ordinem Alphabeticum controversiarum vel errorum Haeretico
rum, idq; brevitatis causa, nonnemo ex recentioribus tenuit
ordinem articulorum in Symbolo Apostolico ac Niceno conten
Methodus P. Becani — torum.
P. M. Bec. in suo manuali ex opusculis theolo
gicis succinctè, et clarè ad caput fere cuiusuis generis
1a. opponit errores communes cum Haereticis in genere — nato syllabo classe facit controversiarum, quos totidem libris
exponit 1º. quidem eas, quas communes fere habemus cum

pluribus Haereticis dictis, Lutheranis, Calvinistis, aliisque
quales sunt de Scriptura, Traditionibus, Ecclesia, eiusque
Capite, Judice controversiarum, Antichristo, Invocatione SS.,
purgatorio, communione sub utraque, Sacrificio Missae, Sacris — 2º cum solis Haereticis
in communi, Vocatione ministrorum, coniugio, caelibatu, peccato
originali, mortali, veniali; de libero arbitrio, Justificatione
legis observatione, merito bonorum operum. Deinde eas
discutit controversias, quas habemus cum solis Lutheranis, ut de
ubiquitate, fide Infantium in baptismo, Impanatione Luthe- — 3º Quas cum solis Calvinistis communiter habemus.
ranistica, seu praesentia Christi cum pane in Eucharistia. 3º Calvi-
nisticos solos errores quellit, ut de attributis divinis, de
Christo, praedestinatione, gratia, autore peccati, praesentia Christi in
Sacramento, baptismo Infantium, Exorcismo. 4º anabapti- — 4º Quas cum anabaptistis
starum refutat novitates, quas habent de peccato originali, de peccato
baptismo seu puerorum, de magistratibus politicis, de
bello inter Christianos, de Juramento, de animabus post hanc
vitam an sint dormiant. 5º politicorum, qui dum — 5º Quas cum Politicis s. omni fidei addictis
omnibus addicti volunt videri nulli certae religioni aut
sectae adhaerent, et pessimi sunt, viginti duas ab-
surditates totidem capitibus detegit. Alii aliasque
statuunt methodos prout cuivis ratio seu commodum scriben-
di tum quo unum, tum quo plures Haereticos determinate
aut in communi commodum esse suaserat, ac proposito ido-
neum.

3º Ex omnibus et prae omnibus mihi semper placuit et — Methodus S. Th. magis placet.
placet etiamnum methodus S. Th. et communis Theologorum Scho-
lasticorum, quam et nos Deo favente quantum quidem
fieri poterit in tradendis controversiis fidei mysteriis
ac contrariis eorundem erroribus confutandis sequemur, tum — Rationes cur magis placeat 1ª
quia ad docendum discendumque est omnium optima et com-
modissima, quod confirmant Auctoritates omnium Scho- — 2ª
lasticorum; tum quia sic melius quis Scholastica Theolo-
giae avidus deprehendet, quam nihil contrarium in tota
sua Scholastica Theologia tractet, quod non habeat
in doctrina controversiarum, unde et tanto commodius
ac plenius utriusque materias eodem ordine dispositas com- — 3ª
prehendet; tum quia haec ipsa methodus non tantum conscripto
nostro Catalogo, sed ipsi et Symbolo, ac professioni Catholicae
fidei per omnia congrua est, cui haud dubie ipsi etiam
Scholastici se conformant; tum denique quia hoc ipsum exigit — 4ª

Methodus nostra magis partis.

dignitas obi, quod est Deus, qui simul principium
et finis est omnium caeterorum.
4o Itaque huic methodo insistentes totius operis
propositi materiam in generaliores tractatus subdividat hoc
ordine apprehendimus. 1o agetur de Deo. 2o de Verbo
Dei scripto et tradito. 3o de peccatis. 4o de gratia et Ju
stificatione. 5o de fide, eiusque vitijs oppositis, maxime
Haeresi. 6o de Ecclesia eiusque summo in terris capi
te Pontifice, Concilijs, alijsque ad Ecclesiam pertinentibus
membris. 7o de operibus Charitatis, ac Religionis,
et sub his suae partes controversiae, quotquot hoc tempore
vigent omnes tractabuntur. Caetera de Incarnato
Dei filio, de Sacris in genere, et in specie de Sacrificio Missae
Indulgentijs, et Purgatorio ad seq. anni professores spectant,
et iam a nobis praeterito anno tractata sunt. Verum
huius methodi rationem, ac tractatuum a se mutuo de
pendentiam non est pretium operae hic statim in vestibulo
reddere, cum eam facile quivis deprehensurus sit tum ex
ipsa serie et progressu, in quo saepius in ipso initio tra
ctatuum aut quaestionum reddenda erit ratio connectionis
tum ex eo, si quis Theologiae huius doctrinae obiectum
eiusque dignitatem consideret, itemque finem nostrum ultimum
ad quem caetera omnia, quae quomodolibet in Theologia
tractari solent, vel se habent vel ut media, eorumque directi
ones, vel ut impedimenta quaedam a fine retardantia
ut sunt peccata, quod totum ex ipsa rei serie patebit. Ex-
tractant hic nonnulli prolegomenorum loco de Haereticis
in communi, de eorum libris, de modo disputandi cum ijsdem,
de varijs censuris propositionum seu sententiarum circa
fidem, de auctoritate Ecclesiae, Patrum etc. sed haec cum in
grediantur ipsas materias seu obiecta controversiarum in ipso progressu
suis quaeque locis tractabuntur, atque haec proe
mij loco sufficiant ad propositum pensum progre
diamur, favente Deo, eiusque Matre sanctissima cle
mentissima ut quod aggredimur opus cedat nobis
ad salutem, propriam quidem, sed eorum etiam
quorum curam suscepimus, aut posthac suscipi
emus.